

fortè nescis admoneo, extare librum elegantem L. Apulei Madaurensis illustris Platonici, qui liber inscribitur de Platone. Illic quidem & ipsius prosapiam, & tempus originis, & parentum fratrumque, ac præceptorum nomina, & studia, & peregrinationes, & patrimonij modum, denique tanti viri opiniones celebres ac famosas, de Deo, de Ideis, de Mundo, de anima, de natura, de tempore, de stellis erraticis, de animalibus, de prouidentia, de fato, de Dæmonibus, de fortuna, de partibus animæ, & corporeo singulari domicilio, de sensibus, de figura corporis humani ac dispositione membrorum, de diuisione bonorum, de virtutibus, de triplici virtute ingeniorum, de tribus causis appetendorum bonorum, de voluptate, de labore, de amicitia inimicitiaque, de turpi amore, de tribus amoribus, de speciebus culpabilium hominum, de statu & moribus atque exitu sapientis, de ciuitatibus, de Rep. de que eius institutione legibusque optimis: de his inquam omnibus succincta breuitate conspicuū, nec in amœnum cognitu reperiet tractatum. De initio quidem Mundi idem sibi quod nostris, cuius contrarium successorius

eius